



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

Quali peccato peccent susceptores lusorum in domo, & an alicuius
restitutionis ob id obnoxij fiant. Cap. XXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

si noſſent culpa non carere mortali: non ſunt incuſandi de culpa mortali. Quam tã Caietani quã Nauarri ſententiã moderandam eſſe cenſeo, vt vera tantum in ſimplicibus ruſticisq; hominibus ex ſimplicitate inter diuina officia prophanos cantus pſallentibus. 2. dummodo tales cãtus non ſint adeo patenter turpes & nimis laſciu, qui ſi tales ſint, etiam ſubagreſtes, & rudes homines ipſa ratio naturalis de culpa graui arguit: quãdo aperte turpia & laſciua inter diuina officia canunt. Itaque concluditur intelligitur de his ſimplicibus & plebeis. At ſuperiores quibus incumbit hos cantus impuros prohibere, à culpa mortali vix excuſare poſſum. Imo non excuſo, huiusmodi cantus ſãculares etiam ſi tantopere turpes & impuri non ſint, ſi à diuino officio non propulſentur ab eis cui ſui officij minus ad hæc exorbitantia & diuinum officium prophanãtia notabiliter extirpãda eos aſtringere videatur. Quare multum vereor illam ſententiã Soti veram eſſe, in qua de iuſtitia & iure aſſeuerat culpa non carere mortali ſacerdotes curatos rithmos turpes, id eſt pulas, inter diuinum officium occinere, ac culpam incidere mortalem in tam turpia prorumpentes: ſed de his ſatis ¶ Sed ad ludos alearum reuertamur.

¶ Quali peccato peccent ſuſceptores luſorum in domo, & an alicuius reſtitutionis ob id obnoxij ſiant.

CAP. XXXII.

Iam de ludi alearum materia ſermõnem repetentibus & vltra progredientibus primo de iſtis ſuſceptoribus in ſua domo ſuſcipientibus luſores inquirendum nobis eſt quali peccato peccent: & an alicuius reſtitutionis ob id rei ſiãt. Pro cuius quæſtionis illucidatione ſtatuitur prima concludio, abſque dubio huiusmodi ſuſceptores: qui in domo ſua recipiunt alearos vacantes luſibus mortalibus eiſque menſam ſternunt, aleaſq; ac lumina ad ludendũ diu, noctuq; ſubminiſtrãt: & delinquunt mortaliter. Hęc eſt Nauarri² pateſcit ex hoc, quia huiusmodi ſuſceptores luſorũ nõ ſolũ videntur conſentire culpæ mortali ibi mortaliter ludentium: ſed ad mortale exercitium

² Nauar. in Summa Lat. c. 19. num. 16.

exercitium præstant iuuenem. Ergo nõ excusantur à culpa letali, præterquã quòd vt ex recopilatione noua patet huiusmodi susceptores lusorum ad tesseras, & ad aleas multantur pœna quinque millium dipõdiorũ pro quali bet vice. Quod si non sint soluendo, pœna carceris centũ dierum veniunt puniendi.

¶ At frater Vicentius Iustinianus Dominicanus cõtra hanc conclusionẽ quæ est Nauarri duobus insurgit argumentis, quibus eam nititur labefactare. Nam primo arguit sic ad hominem secũdum Nauar. vendere ornãmẽta meretrici ad se excolendum, & venustandum non est mortale. Ergo nec etiam si quis huiusmodi aleatores receperet domi aleasq; subministraret ad ludendum mortaliter, non est sibi tribuendum culpæ mortali.

¶ Secundo superaddit instare sic, licet locare domũ in loco permissõ meretrici ad meretricandum. Ergo multo magis aberit à culpa mortali suscipere domi lusores ad ludendum & licet argumenta hæc videantur apparẽtia, sed in procinctu est eorum solutio, quia ad ea respondemus primo non parum inesse discriminis inter casum conclusionis, interque exempla in argumentis allata. Nã vendere ornãmẽta meretrici, quorum potest esse bonus, & malus vsus: nulla lege humana est prohibitum. Sicut, neque locare eis domos in loco sequestrato, & permissõ:at vero aleatores hos receptare domi eisq; subministrare aleas, & sternere mēsam, lege humana interdictũ est adiuncta pœna. ¶ Secundo dicimus & in casibus his disparitatem aliam inueniri rationis. Nam susceptores lusorũ in domũ qui instrumẽta eis ad ludũ subministrã putata aleas, & mēsam, ad peccatũ mortale ludĩ directe opẽ ferunt, sed qui vendit ornãmẽta meretrici non ita directe ei adiumentum præstat ad concubinatus crimẽ. Atq; qui loco publico sequestrato à lege permissõ, locat domũ meretrici non ita directe adiumento est illi ad peccatũ pro mercede prostitutionis exercendũ, quia vsus domus non ita proxime ordinatur ad malũ finẽ neq; ita directe sicut ministrare aleas, & mēsam, quia hoc perinde est, ac si quis subministraret meretrici lectulum, vbi cubaret cum amatoribus, quod nullum habet excusationis subterfugium. Et quia locare domum meretrici in loco permissõ, &

so, & separato est veluti consulere minus malum; parato quia perinde est ac si locator talis domus diceret. Postquam parata est fornicari, ne tuo malo exemplo honestas feminas ad malum prouoces: en tibi separatam domum, & locum permissum.

Q. 1. ¶ Iam scitu quoque est opus an huiusmodi susceptores lusorū aliquam exinde superinducant in se restitutionem. Huius rei gratia statuitur secunda conclusio, in duobus casibus susceptores lusorum perdita in ludo restituere tenentur principalibus non restituentibus. Primo quando aliquis minor ætate sub paterna cura, vel tutore, vel curatore constitutus ibi domi receptus est ad ludendum, siquid ultra id quod ex licentia interpretatiua modicum ludere poterat, in ludo perdidit, licet te id non restituente, susceptor, quia nihil traivit aleas, & mensam, restituendi id obligationem subit, sicut etiam in secundo casu in quo ibi receptus fraudulentus lusor per fraudē aliquid lucrificet ipso non restituente susceptor si sit conscius fraudis, restituendi obligationem subit secundum fratrem Iosephum. Hæc est Nauarri loco citato in cuius confirmationē suffragatur regula iuris scilicet qui causam damni dat (sicut reuera dedit iste susceptor) iure super hoc eum satisfacere oportet.

b l. qui occidit. §. m. hac. ff. ad legem Aquil. & l. nihil inter est ad leg. Cornel. de Siccis.

¶ Præterea illa quæstio: quæ potius est curiosa quam scitu necessaria, multum occurrit, scilicet an licitum sit ludere preces sacras, id est aue Marias, nam aliqui viri alioquin deuoti istum modum ludendi introduxerunt inter domicellas deuotas. Huius quæstionis meminuit Nauarrus, & videtur hunc modum ludendi approbare, sed profecto negari non potest, quin sic ludere sit miscere sacra prophænis, & quod nonnulla in hoc intersit effigies irreuerentiæ. Imo & simoniæ, si uellent se ciuilitate obligare aue Marias ludentes ad eas dicendas, sed credo ciuilitate se obligare non intendunt, quare nulla admiscetur vera simonia ibi.

Q. 2.

¶ An in ludo alearum lucri facta restituenda sint.

CAP. XXXIII.

Insuper ulterius in hac materia procedentibus obijciuntur nobis illa potissima difficultas an in ludo alearum lucrifac-